

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clarissimo uiro D.N.N.amico suo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Deo iuuante. Nam mihi probabilis causa uidetur,
leniendæ seueritatis in hac re. Consulendum est ani-
marum saluti, quod scio etiam Principem libenter
facere. Reuerendus D. Doctor Martinus iussit amā-
ter tibi salutem optare suo nomine. Bene uale. Die
22 Maij. Anno 45.

Clarissimo uiro D.N.N. ami-
co suo,

S. D. Aliquanto minus deformis est Ecclesia,
cum multi nostri ordinis pium consensum tuentur,
& coniunctionē amant. Quare cum uideo aut au-
dio bonos & doctos uiros, & iudicijs & uoluntati
his nobiscum cōgruere, & Ecclesie & nostra cau-
sa gaudeo. Sum igitur et honestissimi uiri patris tui
congressu, & tuis literis ualde delectatus: et utrius-
que gratiam habeo, quod beneuolentiam mihi uestram
ostendistis. Fratris studia inspiciā, & cum N. de eo
colloquar, ac meum iudicium tibi significabo. Pro-
fecto enim maximè opto, ut iuuentus rectè & or-
dine discat: quod te quoque iam sepe cogitare non
dubito, considerantem quantum onus sustineat is,
qui format tenerum ingenium Principis: quo in labo-
re Deus et tua cōsilia, et mentē discipuli regat oro.
Quantum bonum sit bonus & salutaris princeps,
non obscurum est. Nec dubium est, singulare Dei
donum & opus esse talem principem: sed tamē do-
ctri-

strina preparari mentes Deus iussit. Ad eam militiam cum te uocauerit, spero etiam tibi affuturum esse: & ut tuos labores adiuuet, cum oro. Vale. Die secundo Ianuarij, anno 1557.

Mitto pagellas, quarum tibi lectionem nõ in suam uem fore arbitror.

Amico cuidam S. D.

J. Botichur

Τέτις μὲν τέτις φίλος, ἀρχαῖοι δὲ μὲν μαξ, inquit Theocritus. Ita & nos consociationem nostri agminis amemus, & quantum possumus tuamur. Prodest etiam Ecclesie & Reipublice, docentes sententia & beneuolentia cõiunctos esse: ac in his qui sunt sine ambitione, durabiliores sunt amicitie.

Pie igitur facis, quòd interdum de beneuolentia tua ad nos scribis. Mitto tibi pagellas non insuaues lectu.

Bene uale: & significa, an has literas & libellum acceperis. Die 6 Iunij, quo ante annos 1909 Alexander Macedo natus est, qui est exemplum humane infirmitatis: quia cum ingentes uirtutes & dona Dei cõtaminasset magnis uitijs, ciuò et uitam & regnum amisit. *Te scrias in genere uitae meliori esse.*

Reuerendo uiro, & c. D. Georgio, pastori Ecclesie Dei in urbe Arctoa, fratri suo charissimo.

Reuerende uir, & charissime frater: Scitis scriptum esse, Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Cum igitur

q s tur